Sit omnibus notum quod Ego domina Raymunda uxor quondam Arnaldi de Ripparia militis gratis et ex certa sciencia per me et per omnes meos presentes atque

futuros laudo approbo et firmo tibi Petro Baldi de Monellis presenti et uxori tue Raymunde licet absenti tanquam presenti ipso totum

illum mansum vocatum de Pradello qui est in villario de Uniars prope de Matre magne. qui quondam fuit domina Margherosa. et

quandam fabricam que est de tenedone dicti mansi. cum omnibus honoribus et possessionibus suis terris cultis et heremis et laboracionibus

parietis et arboribus diversorum generum presentibus et futuris et cum omnibus suis pertinenciis et melioramentis factis et faciendis.

Que quidem omnia et singula supradicta tenentur medium per medium per me et per hospitalem novum Gerunde. Ita quod vos et vestri habeatis et

teneatis et possideatis semper omnia et singula supradicta ad omnes vestras voluntates ipso faciendas. et faciatis et continua re-

sidenciam in manso predicto et laboretis et condirectis predicta. et tenatis condirecta predictam fabricam prout fieri debet. salvis

tamen michi et meis et dicto hospitali sub dicta forma decimis laudisimiis et foriscapiis et aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur.

Preterea dabitis nos et vestri michi et dicto hospitali annuatim pro censu inter ambes siliter mediatim. duos. sol. barchinonensis de terno. in

festo natalis domini et unum par gallinarum in dicto festo natalis domini. et duas migerias ordei ad mensuram de Monellis in festo

sancti Felicis annuatim. et unam jovam in mense Madii et aliam jovam tempore seminandi quolibet anno et caseum unum

annuatim temporibus quibus tenatis bestiarum minutum. et duas manedas annuatim tempore vindimiandi. et unam batuda annuatim

in mense Junii. et et dabitis michi et dicto hospitali inter ambos mediatim jura nobis dari consueta racione predicte fabrice.

et prout lacius continetur in instro dicte fabrice. Et pro predicta laudacione et firmamento confiteor habuisse et recepisse

a te aut ad parte mani. Centum. sol. barchinonensis de terno. Renunciando excepcioni peccunie non numerate et doli. Et si

forte ipse hoc plus in aut competit ac competere debet. totum illud plus tibi et vestris dono donacione irrevocabili

inter vivos. Et sic promitto tibi et vestris in posse notarii infrascripto tanquam publice persone recipientis et stipulantis aut predicta

et infrascripta nomine vestro et omnium quorum interest vel intererit poterit per me et meos predicta omnia semper rata grata et

firma habere et nunquam in aliquo contravenire jure aliquo sive causa. Et ego dictus Petrus Baldi consenciens supradictis

laudo concedo et firmo predicta. et promitto contra predicta non venire aliqua racione. Actum est hoc. iiij. nonas octobris. anno

domini. M. CCC. duodecimo. Signum dicte domine Raymunde. que hec concedo firmo et laudo.

Signum R. Stephani bauli. qui hoc firmo.

Testes huius rei sunt. Berengarius de Tonerio. et Guillelmus Rosselli. ambo de Colomerio.

Signum Bernardi. Poncii scriptoris jurati de Colomerio qui hec scripsit et clausit.

[illegible]

5-10-1312

Petrus pradell d Millars [?]

nº 485

AMV, f. 26 Nº: 53.

AC f. 164 Nº 3 del pla dase de Millars [?]

T. 285 x 217

451